Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

Bibliographische Daten

Titel: Aristoteles – Nürnberg, STN, Cent. IV, 1
Signatur: Cent. IV, 1

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

motu quod regulare est aut non. et nec
altitudini regulare et fertur in irre
gulari. ut circulatio aut rectitu
dine et est augmentum huius et detri
mentum. Irregularitatis autem differentia est alia
quidem in quo movetur. impossibile enim est
regularem esse motum non in regulari
magnitudine ut reflexi motus
aut obliqui aut alius magni
tudinis quarum non convenit contingens
in contingente partem. alia autem neque in ubi
neque in quando neque in quo sed in eo quod ve
locitate enim et tarditate aliquando determina
tur. cuius quidem enim velocitas
est eadem regularis et cuius autem
non irregularis. unde neque species mo
tus neque differentie sunt velocitas et tar
ditas quia omnes sequuntur differentes
secundum speciem quare neque gravitas et levi
tas que in idem ut terra ad ipsam aut
ignis ad ipsum. unus quidem igitur
irregularis est quo est continuus. minus
autem quod accidit reflexio motum accidit
quod autem minus continuatio semper contrariis.
Si autem omnem unum contingit et regula
rem esse unum non erit quod non secundum
speciem habiti ipsi unus et continuus
quod enim erit regularis ex alteratione
compositus et loci mutatione. enim
indiget convenire.

Amplius autem declarandum est
qualis motus contrarius mo
tui et de mansione eodem modo.
Sed primo declarandum est utrum contrarius
motus sit qui est in sanitate
ut generatio et corruptio unius. aut qui
est ex contrariis ut qui est ex sanita
te ei qui est in egritudine aut qui
est in contraria ut qui est in sanita
tem ei qui est in egritudinem. aut
est ex contrario ei qui est in contrarium.
ut qui est ex sanitate in egritu
dinem ei qui est ex egritudine
in sanitatem. Necesse enim aut uni

quodam horum esse modorum aut pluries.
Non enim est aliter opponere. Est autem quod
ex contrario ei qui est in contrarium non est
contrarius ut qui est ex sanitate ei qui
est in egritudinem. Idem enim et unus
est esse quod quidem non idem est ipsis esse
aut non idem est ex sanitate mu
tare in egritudinem. neque qui est ex contrario
ei qui est ex contrario et in contrarium aut
in medium. Sed de his posterius dicemus.
Sed magis in contrarium mutare vide
bitur enim causa esse contrarietatis quam ex contrario
hic quidem enim mutatio contrarietatis ille
vero acceptio. et dicitur autem unumquodque
quod mutat magis quam ex quo ut sana
tio in sanitatem egrotatio autem in egritu
dinem. Relinquitur ergo qui est in
contraria et qui est in contraria ex contrariis. for
talis quidem accidit igitur hos qui in
contraria ex contrariis esse. Sed esse forsitan non idem.
dico autem quod est in sanitatem ei quod ex egri
tudine et quod ex sanitate ei quod in egri
tudinem. Quia autem differt mutatio a
motu ex quodam enim subiecto in quodam subiectum
mutatio est motus qui ex contrario in
contrarium ei qui ex contrario in contrarium mo
tus contrarius est ut qui ex sanitate
in egritudinem ei qui est ex egritu
dine in sanitatem. Manifestum autem
est ex inductione qualia videntur contraria
esse egrotari enim ipsi sanari et ipsi
addiscere decipi non per ipsum.
In contraria enim sicut enim in scientia est sic
et in deceptione et per ipsum habere
et per alium et sursum motus ei
qui deorsum. contraria enim hec sunt in lon
gitudine et qui est ad dextram ei
qui est ad sinistram. contraria enim hec sunt
in latitudine et qui est ante ei
qui est in retro. contraria enim hec sunt secundum
altitudinem. Qui autem est in contrarium
solum non est motus sed muta
tio ut fieri album non ex quodam
est. Quando autem non contrarium qui